

religiosum et sanctum, quo Deus à peccatore placari posset; quod nunquam faceret spiritus nequam, qui eò maximè incumbit, ne ullus Deum sibi reddat amicum.

Sed quærat hic aliquis, quomodo si Deus jam ultorem angelum à cæde continuerat, monet tamen Davidem per prophetam, ut per sacrificia propitium sibi Dominum reddat, quasi non esset ab illo cruento negotio cessaturus, nisi nova intercessisset placandi forma, qualis esse solet ab immolatâ victimâ. Respondet Ambrosius in Psal. 57, licet ad hunc locum atque quæstionem non directò: « Si mandaverat, inquit, Dominus angelo, ut parceret, quomodo feriebat adhuc angelus, nisi quia Dominus, etsi vult ignoscere, vult rogari, et ut rogetur hortatur? Nec vidisset homo angelum ferientem, nisi Dominus ejus oculis angelum revelasset. » Adde quòd quædam à Deo sic prædestinantur, ut tamen hominum preces intercedant, quæ eadem exorent. Sic Gregorius lib. 1. Dialog. c. 8: « Ea, inquit, quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, ut precibus obtineantur. » Idem penè Augustinus de Ecclesiasticis Dogmatibus cap. 56, et Hieronymus ad illud Danielis 9, v. 3: *Et posui faciem meam ad Dominum.*

Porro in hæc Areuna Jebusæi quondam aræ, ædificatum est postea Salomonis templum, ut habemus ex lib. 2. Par. c. 5: *Et cepit Salomon ædificare domum Domini in Jerusalem in monte Moria, qui demonstratus fuerat David patri ejus in loco quem paraverat David in aræ Ornam Jebusæi.* Porro hunc montem illum esse, in quo Abraham filium suum immolare voluit, docet ipsum nomen *Moria*, quod visionem valet, aut id quod aliquo modo pertinet ad visionem. Fuit autem illud nomen impositum monti ab ipso Israeliticæ gentis auctore et principe Abraham. De quo est illud Genes. 22: *Appellavitque nomen loci illius, Dominus videt, unde usque hodie dicitur: In monte Domini videbit, ac si diceret, in monte Moria.* Ita tenent Hebræorum magistri, ut in hunc locum in eorum Traditionibus refert Hieronymus. Et facit ad hanc sententiam, quod Hieronymus in illum locum observavit, ubi Vulgatus legit v. 2: *Vade in terram visionis, Hebr. legi, Moria.* Quæ omnium penè antiquorum Patrum communis est sententia. Sic sanè Josephus lib. 1. Ant. c. 14, de Abraham: « Teretiâ die, cum jam in prospectu esset mons, relictis aliis in campo, cum solo puero ascendit in montem, in quo post David tem-

plum constituitur. » Plura nos in hanc sententiam in nostris commentariis in Isaiam ad illud c. 22: *Onus vallis visionis.*

VERS. 20. — CONSPICIENSQUE AREUNA ANIMAVERTIT REGEM, ET SERVOS EJUS TRANSIRE AD SE; ET EGRESSUS ADORAVIT REGEM PRONO VULTU. Hoc tempore, ut habemus lib. 1. c. 22, v. 20 Par., terebat Areuna cum filiis suis in aræ demessas fruges; qui etiam cum quatuor filiis angelum vidit minaci specie, cum districto gladio. Erat autem eo tempore, ut apparet, David in civitate, ubi cædem spectarat, quam ediderat proximè exterminator angelus: et ad propheta, seu potiùs ad Domini jussum egressus fuit ad aream, id est, extra civitatem, ad eum locum, ubi angelum viderat inter cælum et terram, nil jam hostile meditantem. Cui obviam progressus est Areuna, et juxta illius temporis atque regionis morem pronus in terram adorabundus cecidit; et cum adventus illius causam sciscitatus esset, libenter aream, et gratis obtulit, ubi aram construeret, quâ placaret Deum; et ne quid in re tantâ intercederet moræ, boves etiam, quibus tunc in terendis frugibus utebatur, pro victimis adhibuit, et ad ignem instruendum pro holocausto plaustrum, jugum et tribulam, et si quid aliud ex instrumento rustico ad opus illud sacrum videretur idoneum, ac tandem triticum, si quod ex triticeâ materiâ futurum esset libamentum. (1)

(1) VERS. 21. — ET CESSIT INTERFECTIO. Nesciebat David Deum dixisse angelo percutienti: Sufficit; imò post hoc dictum angelus apparuit Davidi stricto gladio quasi minans percutere; unde David putabat eum reverà adhuc percutere, imò nonnulli putant eum reverà adhuc percussisse, uti satis innuit Script., dicens ad preces et sacrificium Davidis Deum placatum subtilisse pestem, hic v. ult., et 1 Paral. 21, ubi post sacrificium Davidis subditur vers. 27: *Præcepitque Dominus angelo, et convertit gladium in vaginam.* Ut ut est, certum est, ante preces et sacrificium Davidis, necdum Deum fuisse reconciliatum, sed per angelum stricto gladio adhuc minitatum populo; verùm per preces et hostias Davidis plenè fuisse placatum, ac jus-sisse angelo ut gladium fulminantem in vaginam reconderet. (Corn. à Lap.)

VERS. 22. — HABES BOVES IN HOLOCAUSTUM, ET PLAURUM ET JUGA BOVM IN USUM LIGNORUM. Hebræus: *En boves in holocaustum, et trahas ad trituram, et vasa bovis in ligna.* Septuaginta: *Ecce boves in holocaustum, et rotæ, et vasa bovm in ligna.* Josephus: *Vomeris et boves.* Addunt Paralipomena, oblatum fuisse pariter frumentum in oblationes tritici, vel farinæ, quæ adjuncta sunt sacrificiorum. Hæc omnia tempore messis gesta sunt; et Areuna versabatur in aræ suâ cum quatuor filiis, frumentum purgantibus, quo tempore angelum exterminatorem aspexerunt. Hinc meritò quis colligat

VERS. 24. — NEQUAQUAM UT VIS, SED EMAM PRETIO, ET NON OFFERAM DOMINO DEO MEO HOLOCAUSTA GRATUITA (1). Omnia lubens ac largus offerebat Davidi Jebusæus ille quem alienigenum, et antea, ut opinor, rebus Israeliticis non admodum amicum, officiis David, et suo ingenio mitissimo demeruerat. At David, qui se peccasse noverat, neque id obscure fatebatur, noluit alienis impensis Domino litare. Quâ enim in re Deum sibi redderet placatum et facilem, si de suo nihil in eo religioso negotio possisset? Quare docet omninò suum esse debere id, quod animo meditabatur, non alienum impendium, quia putabat sacrificium non ab uno Davide angelum visum, sed facile toti Jerusolymæ perspicuum fuisse.

(Calmet.)

VERS. 25. — OMNIA DEDIT AREUNA REX REGI. Obtulit illi, atque ut acciperet, rogavit; noluit tamen David nisi pretio emere. Sed cur regis titulo hic donatur Areuna? Sunt qui regem fuisse Jebusæorum ante captam Jerusolymam credant; vel saltem genus duxisse è vetustis gentis illius regibus; vel denique opibus et auctoritate regiâ apud suos poluisse. Fierine tamen potuisse credimus, ut Scriptura, Areunam frequenter adeò hic et in Paralipomenis commemorans, nunquam sive hic, sive in Paralipomenis, nisi semel tantum in præsentî, regium illi titulum adderet, si quidem reverà regnasset? Septuaginta, Syriacus, Arabs et codices plures latini impressi ac manuscripti, titulum hunc regis Areunæ datum neglexerunt; neque adscriptum illum exhibebant paraphrases Chaldææ ætate Kimchi, seculo scilicet duodecimo; ac denique nihil tale legitur in Paralipomenis. Hæc omnia in eam nos persuasionem inducunt, vocem, *rex*, incuriâ amanuensis alicujus huc irrepisse. Sed præstat, salvâ Hebræi integritate, textum ita reddere: *Ecce boves in holocaustum, et ligna ad comburendum; Areuna, ô rex, omnia dat regi; omnia tibi, rex, offert.* Familiare est Hebræis, obsequi gratiâ, tertiam personam pro primâ usurpare. (Calmet.)

(1) David répondit à Areuna: *Je ne puis recevoir ce que vous m'offrez; mais je l'achèterai de vous, et je n'offrirai point en holocauste au Seigneur ce qui ne m'appartient pas.* David fait voir, par cette exactitude si exemplaire, combien Dieu aime que la justice accompagne tout ce qu'on lui offre. Il était bien éloigné de la disposition de ceux dont parle l'Écriture, qui veulent partager en quelque sorte leur proie avec Dieu; et qui lui consacrent ce qu'ils ont ravi aux autres. Les hommes se servent quelquefois du prétexte de la piété, pour se rendre maîtres d'un bien qui ne leur appartient pas. Ce prince ne veut pas que l'on s'en serve à son égard, pour lui faire recevoir gratuitement ce qui doit être employé pour Dieu. Il veut l'acheter autant qu'il vaut, afin de nous apprendre que c'est par l'amour de la justice aussi bien que par l'humilité et la charité, que nous devons rendre agréables à Dieu les sacrifices que nous lui offrons. (Sacy.)

illud tantò Deo futurum esse gratius, quanto magis distaret à gratuito.

EMIT ERGO DAVID AREAM, ET BOVES ARGENTI SICLIS QUINQUAGINTA. In lib. 1. Par. 21: *Dedit ergo David Ornam pro loco siclos auri justissimi ponderis sexcentos.* Hæc duo loca, quæ non videntur aptè consentire, sic quidam non ineptè componunt, ita ut in lib. Regum tantum agatur de pretio boum, et si plaustrum emit, et tribulam, de horum quoque pretio simul; de aræ verò nihil. At in Paralipomenon, in quo supplementur ea quæ in libris Regum prætermisissæ fuerant, in quibus de pretio aræ nihil habemus, illud additum fuit tantum omisso pretio aliarum rerum, de quo supra constabat. Atque ideò sexcentos addidit aureos siclos, quod erat justum aræ pretium; et quinquaginta prætermisit argenteos, quibus res aliæ leviores coemptæ sunt.

VERS. 25. — ET ÆDIFICAVIT IBI ALTARE DOMINO, ET OBTULIT HOLOCAUSTA ET PACIFICA (1). De

(1) *David dressa un autel au Seigneur, sur lequel il offrit des holocaustes et des pacifiques.* Les Paralipomènes ajoutent: *Dieu fit voir qu'il avait exaucé David, en envoyant le feu du ciel sur son holocauste.* David, voyant que Dieu l'avait exaucé dans l'aire d'Ornan, lui immola des victimes. Le tabernacle du Seigneur que Moïse avait fait dans le désert avec l'autel des holocaustes, était alors dans le haut lieu de Gabaon; mais David n'eut pas la force d'aller jusqu'à cet autel, pour y offrir sa prière à Dieu, parce qu'il avait été frappé d'une extrême crainte, en voyant l'épée de l'ange du Seigneur. On peut juger par cet endroit, que lorsque des saints, comme Samuël et d'autres, ont dressé des autels particuliers, ce qui était défendu par la loi, ils l'ont fait par l'ordre de Dieu.

La vie de David a été représentée par le Saint-Esprit dans ces deux livres. Il n'en reste plus que le choix que ce prince fit de Salomon, en le préférant à Adonias pour régner après lui, et l'ordre qu'il donna à ce prince de punir après sa mort Joab et Séméï, ce qui est marqué à l'entrée du troisième livre des Rois. Car après avoir souffert pendant sa vie les assassins de Joab et les injures de Séméï, pour attirer sur lui les miséricordes du ciel par une patience si humble et si inconnue aux souverains, il crut qu'il était juste que, sa pénitence finissant avec sa vie, son successeur vengeât après lui la dignité royale des outrages de l'un et de l'autre.

Cette histoire est l'ouvrage du ciel. Elle deviendra un trésor de lumière pour ceux qui la liront d'une manière digne de celui qui l'a écrite. On y voit paraître admirablement la grandeur de Dieu et la faiblesse de l'homme. Car il est aisé de remarquer en David des vertus que l'on peut appeler des miracles de la grâce. Il est humble après avoir vaincu un géant, c'est-à-dire après une action qui l'avait mis au-dessus de toute la gloire humaine. Il est tendre envers un persécuteur dont la haine ne pouvait être satisfaite que par sa mort. Il

eâ parte aræ, in quâ raptim est excitatum altare, nihil habemus certum; est tamen non improbable in eo ipsissimo loco fuisse constructum, in quo prius immolandum fuit Isaac ab Abrahamo parente. Neque enim, arbitror, ulla alia causa fuit; nulla certè alia se nobis offert, propter quam in illâ aræ, id est, in monte Moria, sacrificium sibi Dominus offerri voluerit, nisi ut antiquissimi sacrificii gratissima memoria hanc posterorum victimam redderet magis gratam. Et eandem, opinor, ob causam, admonente Gad prophetâ, ut docet Josephus, eodem in loco ædificatum est templum, tum ut Deus illum commendaret et ornaret locum, in quo gratissimum oblatum fuerat sacrificium; tum ut parentum dulcissima memoria magis Deo posteros faceret amabiles, et pro illis continenter oraret. Peracto sacrificio consedit illa dura tempestas, et grassari desiit atra lues, quæ ex tam copioso populo nihil videbatur factura reliqui. Et hic explicit c. 24, et liber totus secundus Regum.

Sed aliquid hic nobis dicendum necessariò ex lib. 1 Par. c. 21, quod in lib. 2 Reg. præteritum est. Primum habemus, holocaustum illud gratum fuisse, et illo modo susceptum à Deo, quo ipse significare solet se illud admisisse. *Obtulit, inquit, holocausta et pacifica, et invocavit Dominum, et exaudivit eum in igne de caelo super altare holocausti.* Cum Deus externo aliquo signo docere voluit non ingratam sibi fuisse est invincible dans cette longue souffrance qui semblait ne devoir jamais finir. Et lorsque Dieu a couronné ses travaux et l'a rendu le roi de son peuple, il est modéré sur le trône même, et ce qu'il est ne lui fait point oublier ce qu'il a été. Après cela, néanmoins, cette vertu si parfaite disparaît en un moment, et l'homme se retrouve tout entier où il semblait que Dieu en eût effacé toutes les traces. Un si grand saint devient un très-grand pécheur, mais de telle sorte, néanmoins, que, reprenant sa première sainteté au moment que Dieu le touche, il paraît encore plus admirable en la manière dont il se relève, qu'il n'avait été avant sa chute.

Comme donc tout l'esprit du Christianisme, selon saint Augustin, n'est autre chose qu'une exhortation continuelle à nous humilier de plus en plus, nous trouvons excellemment dans cette histoire une instruction si divine et si nécessaire, puisque l'exemple de David est un des plus illustres qui fut jamais, pour nous persuader que Dieu est tout et que l'homme n'est rien, et pour nous faire comprendre la vérité de cette parole du même père, qu'il y a quelque chose de caché dans la disposition intérieure des plus grands saints, qui les oblige à tenir toujours leur bouche fermée à leur propre louange, pour ne l'ouvrir qu'à celle de Dieu. (Sacy.)

victimam, hoc lapsu de caelo igne, qui holocaustum, aut aliud sacrificium consumeret, significabat. Hoc modo Abelis sibi sacrificium placere docuit Gen. 4. Sic enim explicant illud: *Respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus; ad Cain autem, et ad munera illius non respexit.* Hieronymus, et Cyrillus in illum locum. Chrysostomus, Theophylactus in c. 41 ad Heb. Per ignem accepit Gedeonis sacrificium, Jud. 6, v. 21, et Manue Jud. 13, v. 20; Aaronis Levit. 9, v. 24. Quod usque adeò erat olim in Dei populo compertum, ut non aliud experimentum quæsiverit Elias, ut probaret quòd Deo gratum foret sacrificium, 3 Reg. 18, v. 24: *Deus, qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus.* Quis illud sacrificium obtulerit, ex Scripturâ sacrâ non habemus. Hebræi, ut refert Hieronymus in eorum Traditionibus, aiunt Sadoe sacrodotem maximum infulatum processisse, et instar Aaronis obtulisse preces, et tandem obtinuisse, ut laborantis populi Deum miseresceret.

PRÆCIPITQUE DOMINUS ANGELO, ET CONVERTIT GLADIUM SUUM IN VAGINAM. Licet angelus manum continisset ab inferendo vulnere, tamen adhuc habebat extensum brachium, et gladium à vaginâ nudum, quasi statim ad intermissam eladem rediturus. Sed oblato sacrificio, et à cœlesti flammâ consumpto, Deus Davidi et populo, quicquid conceperant timoris, ademit, jubens gladium quasi jam innoxium in vaginâ recondi. Et rursus ibidem alias immolavit victimas. Quod pietatis opus obiisset in Gabaon, ubi tunc temporis erat tabernaculum, nisi ille timor ex aspectu angeli ante conceptus, quem armatum viderat, omnem vim et audaciam ademisset. Hæc ex lib. 1 Paral. c. 21.

Diximus ad finem libri primi, quæ profana tempora in Saülis et Samuelis ætatem incurrerunt: idem hic agamus oportet, quando ita eo loco polliciti sumus nos facturos. Sunt hæc obscura et admodum incerta, et ex fabulis potius quàm ex historiis exprompta, quia tempus illud, ut ex Varrone docuit Censorinus de die natali, *μυθῶν* potius fuit quàm *ἱστοριῶν*: incidit Davidis regnum in annum ab orbe condito 4120, ex Eusebio. Alii fermè omnes ab Eusebio magno recedunt intervallo, quorum supra meminimus, in fine libri præcedentis, neque nos in eâ re quidquam definimus, quia neque putamus de his numeris quidquam certum inveniri posse. Sed est à chronologis communiter receptum regnasse Davidem paulò post excisum Ilium. Quare fabulosa illa, quæ Trojanum bellum consecuta sunt, ut errores

Ulyssis, *Æneæ* in Italiam adventus, Carthaginis fundatio, ad Davidicum seculum referenda sunt. Regnavit in Latio Latinus Sylvius, Athenis Codrus, Ixion apud Corinthios; Ephesus Antandrus, sive Andronicus ædificavit Gades Tyrus, quæ tunc in mari potens, et alias colonias in variis Mediterranei maris littoribus

atque insulis condidit. Hoc tempore floruisse creditur Homerus.

Absoluta sunt hæc 6 iduum febr. anno 1621. Quidquid verò à me scriptum est, illud totum Ecclesiæ primùm, deinde meliori doctorum hominum judicio submitto.

LAUS DEO.

IN LIBRUM III. REGUM COMMENTARIUM.

In primo libro actum est de Samuelis ac Saülis imperiis, quæ in unum coegit Paulus Actor. cap. 13, dum dixit Saulem filium Cis regnasse annos 40, quem numerum Samuelis et Saülis anni compleverunt, ut diximus pluribus lib. 1, cap. 13. Quare liber primus annos continet 40, et plusculos alios, qui necessariò Heli sacerdotis præfecturæ tribuendi sunt. Secundus liber totidem, non continet totum Davidis imperium, quòd, ut habes statim cap. 2, v. 10, ad annos quadraginta productum est; ex hoc numero deme ætatem Davidis senilem et frigidam, quæ aliquid ex

CAPUT PRIMUM.

1. Et rex David senuerat, habebatque ætatis plurimos dies, cumque operiretur vestibibus, non calefiebat.

2. Dixerunt ergo ei servi sui: Quæramus domino nostro regi adolescentulam virginem, et stet coram rege, et foveat eum, dormiatque in sinu suo, et calefaciat dominum nostrum regem.

3. Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel; et invenerunt Abisag Sunamitidem, et adduxerunt eam ad regem.

4. Erat autem puella pulchra nimis. Dormiebatque cum rege, et ministrabat ei; rex verò non cognovit eam.

5. Adonias autem filius Haggith elevabatur dicens: Ego regnabo. Fecitque sibi currus et equites, et quinquaginta viros qui currerent ante eum.

6. Nec corripuit eum pater suus aliquando, dicens: Quare hoc fecisti? Erat

libro 3 sibi decerpit, quæ, ut apparet, non potuit non esse brevissima. Cur autem pars illa extrema ætatis Davidis in tertium librum collata sit, ea ratio est, quia initium etiam continet regni Salomonis; quod, cum tot fuerit nobilitatum modis, ab initio libri debuit assumere principium. Hic porrò liber quinque regum Juda continet ætates, quæ 150 annos circiter absolvuntur. Qui sanè varius est, quia diviso imperio sub Roboam, magna inter cognatas gentes dissidia orta sunt, et multis modis debilitatæ Israeliticæ vires, et violata aut obscurata religio.

CHAPITRE PREMIER.

1. Le roi David était fort vieux et dans un âge très-avancé, et, quoiqu'on le couvrit beaucoup, on ne pouvait l'échauffer.

2. Ses serviteurs lui dirent donc: Nous chercherons une jeune fille vierge pour le roi notre seigneur, afin qu'elle se tienne devant le roi, qu'elle l'échauffe, et que, dormant auprès de lui, elle remédie à ce grand froid du roi notre seigneur.

3. Ils cherchèrent donc dans toutes les terres d'Israël une fille qui fût jeune et belle; et ayant trouvé Abisag de Sunam, dans la tribu d'Issachar, ils l'amènèrent au roi.

4. C'était une fille d'une grande beauté. Elle dormait auprès du roi, et elle le servait; et le roi la laissa toujours vierge.

5. Cependant Adonias, fils d'Haggith, devenu l'aîné depuis la mort d'Absalom, s'élevait en disant: Ce sera moi qui régnerai. Et il se fit faire des chariots, prit des gens de cheval, et cinquante hommes pour courir devant lui.

6. Jamais son père ne l'en reprit, en lui disant: Pourquoi agissez-vous ainsi? Or Ado-